Bernardus Claravallensis: Sermones super Cantica canticorum. Add: Gilbertus de Hoilandia: Sermones super Cantica canticorum
Strassburg: Martin Flach (printer of Strassburg), 1497 Seite 367



virtutes/que non fecundantur per fidem
ſed ipſa fides ſine virtutibus mortua eſt.
Candorez eius nulla incontinentie fedat
putredo. In eccleſiaſticis lignis/ vtraqꝫ
obuiant ſibi/forma fidei/⁊ operis fortitu
do. Talis cedrus / noſtro plantatur in li/
bano. Hic eſt ⁊ alibi non eſt ⁊ puritas fi/
dei ⁊ perpetua ⁊ quaſi incorrupta perſeue
rantia virtutis. Hic enim emittitur mir/
ra ⁊ aloe cum omnibus primis vnguen/
tis. He ſpecies ea etiam que per ſe corru/
ptibilia ſunt: a corruptione illeſa ſeruare
noſcuntur. Quid enim hec poſt ligna li/
bani vnguenta produceret/ſi nihil in eis
eſſet diſtantie? Nam ⁊ ſi videntur ſimilia:
diſtinctionem tamen recipiunt. Illa eniz
id eſt. libani ligna/incorruptibilitatem in
ſe habent iſta. id eſt. mirra ⁊ aloe/ non ha/
bentibus exhibent. Illa imputribilia ſūt
iſta imputribilitatem conferunt. Bonuz
ergo lignum: ⁊ vere plantatum in paradi/
ſo domini: in monte illo egregio: in mon/
te libano: quod ⁊ ipſum ſe continet/ne per
illicita defluat. ⁊ ſermones ſui muniri a ta
li fluxu alios reddent immunes/cuiꝰ cor/
pus quaſi cedrinum eſt / et a labijs mirra
diſtillat. Mirra (inquam) ⁊ aloe cum om
B nibus primis vnguentis. ¶ Poſſumus
quidem ⁊ hec ad quattuor cardinales vir
tutes interpretando deflectere/ ſi intelliga
mus in cedro fortitudinem. in libano fi/
dem/que ipſam prudentiam informat. in
mirra temperantiam: continentiam ⁊ iu/
ſticiam. in aloe puritatem. Nam huiꝰ ar/
boris gummi dicitur ſtomachum purga
re. Per mirram ergo exteriora conſtricta
ſunt. per aloe interiora in hypocriſi ficta
non ſunt. Habes iam in his hec quattu/
or expreſſa. Primo conſtātiam/ne ad tem
pus credas: ⁊ in tempore tentationis rece
das. Deniqꝫ prudentiam/ vt ſit rationa/
bile obſequium tuum. Sic mirra morti/
ficande carnis ſequetur cum habueris ze
lum ſcd̄m ſcientiam. Quarto loco aloe cū
ipſum cor offertur ⁊ adoletur/ vt ſimul ſit
⁊ in mirra mortificatio carnis/⁊ in aloe e/
mundatio conſcientie ab operibus mor/
tuis/ad ſeruiendum deo viuenti: ne ſimꝰ
ſeruientes ad oculum/nec quaſi homini/
bus placentes/ſed magis deo. Nonne be

ata vere ſponſa/ cui tot blandimenta di/
cuntur. Multum immiſſum eſt ei: qui tot
emittit munera grata dilecto. Nam in hiſ
omnibus ipſe gloriatur/ et ſponſe ſue ap/
plaudit muneribus Iheſus chriſtꝰ. Qui
viuit ⁊ regnat ꝑ omnia ſecula ſeculorum
Amen.

## Sermo. xxxvij.

Fons hortorū D
puteus aquarum viuentium/
que fluunt impetu de libano.
In capituli principio iſtius: fons dicta
eſt ſponſa: ⁊ nunc in fine: fontis eam im/
partit vocabulo dilectus ſuus. Ab vber/
tate inchoat: ⁊ in ſenecta vberi multipli/
catur. origini fides reſpondet. Multe ſūt
emiſſiones eius Sed ipſa emiſſionibus
non exhauritur. Non areſcit mora / non
exiccatur emanatōne. In initio huius ca
pituli dicitur fons ſignatuſ: hic innuitur
non exiccatus. Ibi quales ſint emiſſio/
nes eius. hic qꝫ ſint indefeſſe docetur. Co
pioſi ex hoc fonte riuuli gratiarum ema/
nant: ⁊ ſemper tamen fons manet. Ab eo
in quo inchoet/non ſe cohibet. ideo hic et
ibi fons dicitur. Sed ⁊ iam vide quo in
loco eius aque fluunt: vbi niſi in ortis?
Fons enim eſt hortorum ⁊ delicate fluit:
qui non ab ortis egreditur/qui non lauat
ſed rigat. Cuius in hoc omnis vſus eſt/
non vt auferat feditatem: ſed vt fecundi/
tatem afferat. Bonus quidē fontis vſus
mundare: ſed melior fecundare. Ille ab/
luit inquinamenta. iſte quaſi ablutione
quadam: gratiarum comportat augmen
ta. Ille germina lota redit: hic leta. Ille
patens eſt in ablutionem peccatoris ⁊ mē
ſtruate. hic ſignatus delicijs ſponſe. To/
ta pulcra es amica mea: ⁊ macula non eſt
in te. Ideo non niſi fons hortorum dici/
tur fons deliciarum. Deniqꝫ qꝫ varius ⁊
multiplex eſt celeſtium deliciarum modꝰ
tantus videtur ⁊ numerus ortorum. In
alio rubent roſe/ī alio candēt lilia. colorē
qꝫ flores viole purpureū reddūt. Tot orti
ſūt/qt ꝟtutū plātatōes ſil' collecte. vbi tm̄



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-317/0367
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt